 25 Transierunt hec omnia tamquam umbra vana et vilia fuisse que tenuerunt iam amissa cognoscunt, que quamdiu aderant stultis eorum cordibus magna et masura videbantur. Tunc implebitur  
 Ps. 145:4 in eis *quod scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes*

1. recogitare. G. ventura respiciunt. F.      2. habere multa. F.      3. nullatenus vel permanentia sperant.      6. mors; om B. — et om G.      11. et spes: G.  
 13. a corpore. B.      14. inordinato amore: F. G.      19. moritur, etiam anima. G.

1-4 Reprobi — clauditur. St. GRÉG., VIII Mor., XII, 27.

4-5 ut que — non attendant. *idem*, XXIX, 38.

5-17 Unde fit — que nunquam previdit. *idem*, XII, 27.

18-27 Sed dives — mansura videbantur. St. GRÉG., XVIII Mor., XVIII, 29.

28 Ps. 145: 4, également cité par THOMAS A KEMPIS, *Imitatio*, 6; 9.

28-6 In illa die — tenuerunt. X Mor., XXIII, 41.

*eorum*, quia eterna mala nunquam cogitata reperiunt, et subito amittunt bona temporalia que diu tractata tenuerunt. Tunc voluptas subtrahitur et voluptatis culpa servatur, et repente miseri discunt pereundo quia peritura tenuerunt. In fine quippe ostenditur quam nichil fuerit quod amaverunt, et breve fuisse 5 quod amittendo tenuerunt.

Unde sancti viri, quia presentis vite brevitatem indesinenter aspiciunt, quasi cotidie morientes vivunt, et tanto sollicitius venturo iudicio se preparant, quanto et nulla esse transitoria semper ex fine pensant. Immensum est quod sine termino se- 10 quitur, et parum est quitquid finitur, et quo verius summa cognoscunt, eo subtilius terrena cognoscere facilius despiciunt, quia illuminate mentis oculos in consideratione eternitatis figunt. Et idcirco gaudia presentis vite que iniusti estimant magna (f. VI<sup>v</sup>7<sup>v</sup>)

Philipp. 3:8 bona, ipsi *deputant ut stercora*, et ea que seculi amatoribus cara 15 sunt ipsi velut adversa refugiunt. Alienos enim sciunt esse a Deo, quibus hoc seculum ad omne commodum prosperatur.

Deut. 32 : *O gens sine consilio et sine prudentia*: utinam saperent et 28 /29 intelligerent, ac novissima providerent. Saperent dampnatorum multitudines, salvandorum paucitatem, et temporalium verum 20 vanitatem. Intelligerent tria, scilicet peccatorum multitudinem, bonorum omissionem et temporis amissionem. Providerent tria scilicet mortis periculum, extremum iudicium et eternum supplicium.

Mors quasi ad oculum demonstrat esse contempnenda quecum- 25 que in hoc mundo ab ipsius dilectoribus queruntur, scilicet divicias, delicias et honores. Labor querentium divicias vanus ostenditur,

---

4. quippe > enim. B. 7. quia brevitate huius vite: B. 12. terrena despiciunt quia. B. G. (*om* cognoscere facilius = néerlandisme: « Zij weten des te gemakkelijker het aardse op de meest subtile wijze te verachten ». — « cognoscere facilius » ne se trouve pas chez St. Grégoire). 16. ipsi vero adversa: G.

---

4-5 In fine — quod amaverunt. *XV Mor.*, III, 4. *Imit.*, I, 22: Sed miseri in fine graviter sentient, quam vile et nichilum erat quod amaverunt.

7-11 Unde sancti viri — quitquid finitur. *VII Mor.*, XXX, 45.

11-14 quo verius — eternitate figunt. *VIII Mor.*, XXVII, 46 (P. L., t. 75, col. 830).

15 gaudia — stercora. *XV Mor.*, IV, 5. Cf. *Philipp.*, 3; 8: Omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora.

Job. 1:21 *cum homo nudus in terram revertitur, et labor deliciarum inutilis probatur, quia corpus nutritum deliciis vermibus esca datur. Ambitio honoris infructuosa cognoscitur, quia homo sub terra conditur, et homines et iumenta vadunt super eum.*

5 *Nolite ergo, karissimi, diligere mundum, neque ea que in mundo sunt.* Dimittamus hec vana et inania ; conferamus nos ad solam inquisitionem eorum que finem non habent. Vita hec misera est, mors incerta ; subito obrepit, et post hec negligencie supplicia luenda sunt.

Is. 46:8 10 *Redite ergo, prevaricatores ad cor, et inherete illi qui fecit vos. State cum illo / et stabitis, requiescite in eo et quieti eritis. (f.VII\*8r)*  
Fallax et vanus est hic mundus, vita brevis, finis dubius, excitus horribilis, iudex terribilis, pena infinibilis. Hec de tertio.

QUARTUM QUOD SOLLICITARE DEBET HOMINEM AD CONTEMPTUM  
15 HUIUS MUNDI.

Quartum ad mundi contemptum nos sollicitans est fugacitas glorie mundane et bonorum mundi.

*Dum enim libenter ac iocundissime moratur homo in mundo,*

---

1. labor diviciorum. G. 4. Unde quidam versificator : Dic homo quid speres qui mundi rebus adheres : *ad B.* 11. requiescite cum illo : B. — in quo. F. — in illo : G. 12. vita brevis *in marg A.* — *om B. G.* 13. et pena infinibilis et infallibilis : B. Et hec de tertio : F *om. B, G.* 13. Sequitur quartum, *ad. F.*

---

6-9 Dimittamus hec — luenda sunt. Comparer avec St. AUG., *VI Confess.*, XI, 19, P.L., t. 32, col. 729. Passage cité par le *Manipulus florum* de Thomas de HIBERNIA sous le vocable « mundus » pereant omnia et dimittamus haec vana et inania : conferamus nos ad solam inquisitionem veritatis. Vita misera est, mors incerta est ; subito obrepat, non potius huius negligentiae supplicia luenda ? Même passage dans le traité n° XIII. Cf. *Imitatio*, III, 1 : 2 (DELAISSÉ IV, 1 : 12) : Dimitte omnia transitoria : quere eterna.

10-11 Redite ergo — et quieti eritis. St. AUG., *IV Confess.*, XII, 18, P.L., t. 32, col. 701.

12-13 Fallax et vanus — pena infinibilis. PETRUS BLESENSIS (Pierre de Blois), P.L., t. 207, col. 403c et 706b. Également cité par le *Manipulus florum* sous le vocable « mundus ». Il y manque le mot « vanus ».

Cf. *Imitatio*, III, 20, 4 (DELAISSÉ, IV, 20 : 17) : Mundus quod fallax sit et vanus.

18 etc. A partir de « Dum enim libenter » commence un emprunt de 2 pages aux « Meditationes » éditées sous le nom de St. BERNARD (Éd. Mabillon, t. II, col. 321 et suiv., P.L., t. 184, col. 488-489).

dique se victurum arbitatur, ac multa in longa tempora disponit agenda, subito rapitur in mortem et ex improvise auferetur a corpore. Verumptamen cum magno metu magnisque doloribus separatur anima a corpore. Veniunt enim angeli assumere illam, ut perducant illam ante tribunal iudicis metuendi, et illa memorans opera 5 sua mala et pessima que die noctuque gessit, contremiscit et querit illa fugere, inducias petens, sed non valet. Demones vero terribili vultu eam terrent, ingentique furore eam persequuntur et comprehendunt eam terribiliter volentes eam non tam retinere quam et horribiliter possidere, nisi sit qui eripiat. Tunc anima inveniens 10 oculos clausos et os aliosque sensus corporis per quos solebat egredi et delectari in hiis exterioribus revertitur ad se; et videns se solam et nudam, ingenti horrore concussa desperatione deficit in se et cadit sub se. Et quia pro amore mundi et carnis voluptate Dei amorem dereliquerat, derelinquitur a Deo, misera in hora | 15 (f. VII<sup>v</sup>8<sup>v</sup>) tante necessitatis, atque demonibus traditur in inferno perpetuo crucianda.

Sic anima peccatoris in die qua ignorat et hora qua nescit rapitur a morte et segregatur a corpore, pergitque miseriis plena, tremens ac dolens in regionem penitus ignotam occursantibus 20 sibi demonibus. Et cum nullam excusationem habet quam pro peccatis possit ostendere, contabescit et pertimescit ante Deum apparere. Ingenti horrore concutitur, et multiplicibus cogitationum estibus agitur, cum ingruente solutione carnis et subductis omnibus de medio se et illum tantum considerat cui appropinquat, 25 et post paululum invenit hoc quod in perpetuum immutari non poterit.

Eccli. 18:30 O quam felix est qui post concupiscencias suas non abiit, nec respexit in vanitates et insanias falsas huius seculi, sed vigilanter attendit horam mortis sue, et sollicitatur de fine vite sue. Facile 30 enim contempnit omnia mundana, ut beatus Iheronimus dicit,

2. aufertur anima de corpore: B. F. G. 4. perducant eam: B. — om. F.  
7. non valet impetrare, G. 22. contimescit: F. — 24. seductis, G.

27 immutari non poterit. Fin de l'emprunt aux *Méditations*.

28 *Eccli.*, 18: 30, également cité par l'*Imitation*, III, 12; 4 (DELAISSÉ IV, 12; 19): Tu ergo fili post concupiscencias tuas non eas.

30 St. JÉRÔME, *Epist.* 140 (alias 139), n° 16 et *Comment. in Eccli.*, II, 8. Cf. St. BONAVENT., *Opera*, éd. Quarr. t. VIII, p. 259. « Facile »: rappel du facile de l'introduction. (fol. Iv<sup>o</sup>). Cf. p. 47 et 78.



*qui semper se cogitat moriturum.* Si qua est leticia huius vite, sic habenda est ut recordatio et amaritudo futuri iudicii numquam recedat a memoria. Propterea omni loco et tempore sic vive ut audeas mori et venire coram Deo ad iudicium.

5 Unde dicit quidam versificator :

*Si vis salvari, hec sint tibi causa salutis,  
Pro nece tu pensa, bene fac, macra sit tua mensa  
Et fuge peccata : sic fit tua vita beata.*

Isai. 40:6 Vere ipsa mundi gloria digne respuitur, quia *flos feni* est et  
Jac. 4:15 *vapor ad modum cum parens.* Quis est enim eius qualiscumque (f. VIII<sup>r</sup>9<sup>r</sup>)

10 status, qui non plus anxietatis quam iocunditatis habeat ?  
Gravius sepe torquetur impius mundi exaggerando commoda quam iustus tolerando adversa. Si qua tamen est eius iocunditas preterit non reditura, et manet anxietas non relictura. Quia nemo potest hic gaudere cum seculo, et postea regnare cum  
15 Christo.

Mos est ergo iustorum tanto sollicitius presentem vitam quam sit fugitiva cogitare, quanto studiosius noverint celestis patrie bona eterna perpendere. Ex hiis enim que intus manentia aspiciunt, foris fugam rerum labentium subtiliter attendunt.

20 E contra vero carnales mentes idcirco presentia diligunt quia vita carnis quam fugitiva sit minime perpendunt. Nam si velocitatem transitus eius aspicerent, hanc etiam prosperantem mi-

---

5. dicit metrasta. F.

---

Le *Manipulus florum* donne sous « mors » : Memento mortis tue et non peccabis. Qui se quotidie recordat esse moriturum, contempnit presentia et ad futura festinas : Hiero. Cipriano.

*Imitatio*, I, 23 ; 5 : Tene ergo te in omni cogitatione, verbo et opere quasi esses moriturus hodie. I, 23 : 15 : Beatus qui horam mortis suae semperante oculos ponit.

8 Flos feni. Également cité par l'*Imitatio*, II, 7 ; 2 : quia omnis caro fenum et omnis gloria eius ut flos feni cadet.

14-15 Nemo potest hic gaudere etc. Thème fréquent, cf. *Imitatio*, I, 24 ; 6 : Ecce vere non potest duo gaudia habere, delectari hic in mundo et postea regnare cum Christo. Sources bibliques : *Apoc.* 20 ; 4. *Math.* 5 ; 3. *Joan.* 18 ; 36 *I Cor.* 6 ; 9. 15 ; 50. Etc. *I Cor.* 15 ; 50 donne les deux aspects : Caro et sanguis regnum possidere non possunt.

5 Quel lecteur pourrait bien me donner le nom du « quidam versificator » ?  
16-19 Mos est — subtiliter attendunt. *XII Mor.*, début, P.L., t. 75, col. 985.  
20-1 carnales — minime amarent. *VIII Mor.*, X, 25, P.L., t. 75, col. 816.

nim e amarent. Impius quippe secularis homo pensare bona non valet, nisi que carnaliter videt, circumspicit quod temporaliter floret et pensare negligit quo in eternum ducitur. In vita carnis fiduciam ponit, eaque diu permanere existimat que ad presens tenet ; quam repentine mors subrepat, numquam consi- 5 derat ; quam sit incerta eius felicitas, numquam pensat.

Eant nunc reprobi et suarum expellant feditatem voluptatum : in fine censuri sunt quia mortem male vivendo amaverunt.

*Bernardus : Ubi sunt amatores huius seculi qui ante paucos dies nobiscum fuerunt ? Nichil ex eis reman | sit nisi cineres et vermes. 10 (f. VIII<sup>v</sup>) Attende diligenter qui sunt vel fuerunt homines : fuerunt sicut tu ; comederunt et biberunt et duxerunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum vermibus, et illic anima sempiternis deputatur incendiis. Ubi est risus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogancia ? De tanta leticia vide quanta tristicia 15 secuta est. Post tantam voluptatem quam gravis miseria ; de illa exultatione ceciderunt in magna tormenta. Quicquid illis tibi accidere potest, quia terra es et in terram reverteris.*

Festina ergo ad cor reverti ; consolatio bonorum est consideratus finis malorum. Dum enim ex eorum interitu malum cons- 20 piciunt quod evadunt, leve existimant quitquid in hac vita adversum paciuntur. Perpendant ergo iusti que sunt mala que iniquis permanent, et nequaquam eorum felicitati invideant que percurrit.

O homo, quid tibi cum gaudiis mundi, qui de celo es ? Utique 25 vilis est consolatio mundi : delectatio peccati turpis que vere delectationis est impeditiva, que pravitatem habet in subiecto, brevitatem in tempore, tristitiam in fine, miseriam in effectu, perditionem in exitu. Ecce, modicum et corpus tuum cadaver erit horridum cui tantum nunc afficeris. Vermes devorabunt 30 omnia membra que modo tam delicate nutris, superflue ornas et deliciose delectari sinis.

---

3. quod in eternum : F. eternum durat : F. G.      7. voluptatem morte in fine : F.      9. Bernardus *om.* B. F. G.      11. qui > quid. B. F. G.      24. percurrit [F : parturieret] perpetuam infelicitatem. B. F. G.

---

9-18 BERNARDUS : Ubi sunt — terram reverteris. Emprunt aux « Meditations », cap. III, n° 9, P.L., t. 184, col. 491. Éd. Mabillon, t. II, col. 323.

*Nolite ergo, karissimi, diligere mundum, sed cunctis terrenis mentis despectu / calcatis : sequimini Christum qui dixit : Regnum (f. IX<sup>r</sup> 10<sup>r</sup>) meum non est de hoc mundo. Ad celestem patriam toto mentis desiderio suspirate ut ipsam finaliter consequamini. Non sunt  
5 hic vera solacia, sed ibi potius ubi est vera vita.*

Unde dixit quidam rigmatice :  
*Nostra vita misera transit nimis cito.  
 In ea spem ponere igitur nolito,  
 Sed pro permanentibus gaudiis labora,  
 10 Quorum pia sanitas manet omni hora.*

QUINTUM QUOD MERITO RETRAHERE DEBET HOMINEM AB AMORE  
 HUIUS MUNDI.

Quintum quod nos ab amore mundi retrahere debet est periculum magnum in quo sunt homines existentes in mundo.  
 15 Iste enim mundus est mare magnum non solum spaciosum, sed super omnia maria periculosum. Periculum probat sicut dicit *beatus Bernardus, transeuncium raritas et pereuncium multitudo. In magno mari marsilie de quatuor navibus transeuntibus vix periclitatur una. In mari huius mundi de quatuor animabus  
 20 immo de viginti vix evadit una.*

10. pia firmitas : F.

4-5 Non sunt — vera vita. St. Aug., *Ep.*, 130, II, 3, P.L., t. 33, col. 495. *Corpus Script. Eccl.*, t. 44, p. 43 : 10.

6-10 Quidam rigmatice etc. Dans son *De cursu monachi (Epistola ad Nicolaum, ms. 15129, fol. 117<sup>v</sup>)* Jean de Schoonhoven cite les mêmes vers. L'auteur est appelé « quidam dictator » et il ajoute d'autres vers bien curieux :

Quis scit adhuc *an nos* plures complebimus annos  
 Nescis cras *an te* mors sit raptura vel ante  
 Vite si *curte* memor esse velis, male *cur te*  
 Vivere non *tedet* cum vita reum mala *te det.*

Qui pourrait identifier l'auteur ?

14 mare magnum. Même thème dans son traité XXI.

18 mari marsilie. La mer de Marseille. Le *Manipulus florum* (voc. « mundus ») donne : Periculum probat transeuntium raritas, pereuncium multitudo. In mari marsiliae de quattuor navibus non perit una, in mari huius mundi de quattuor animabus vix evadit una. Bernardus.

Jean de SCHOONHOVEN reprend souvent cette citation : fol. XXV<sup>v</sup>, fol. 94<sup>v</sup>. Dans la dernière lettre, adressée à Giles BOUCHEROUL de Liège, il ajoute : Iste

Quid enim faciunt homines seculares secundum seculum viventes quam se implicare peccatis, et confodere animas suas vulneribus peccatorum ; ita tamen quod non possint ea sentire ? Adulteria, fraudes, furta, mendacia et cuncta mala diffusa

Jerem. 6:13 sunt super terram. *A maximo usque ad minimum omnes sequuntur* 5

Jerem. 8:10 *avaritiam, et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolium.*

Jerem. 5:8 *Unusquisque ad uxorem | proximi sui hinniebat.* Quilibet quo- (f. IX<sup>v</sup>10<sup>v</sup>)

modo substantiam suam faciat ampliorem excogitat et multam sollicitudinem habet ; nullus qualiter animam suam salvet. Timor concutit omnes ne ad paupertatem redigantur ; ut non 10 incidamus in gehennam, nullus laborat, nullus tremit : hec luctibus digna sunt. Quocumque vertit se homo in rebus mundi amaritudinem invenit, unde dulcescat mundus non habet. Solus ergo Christus dulcescat ut totum vilescat.

Mundus enim locus est ubi malicie plurimum, ubi sapientie 15 modicum, ubi omnia sunt viscosa, omnia lubrica, omnia operta tenebris et obsessa laqueis. Ubi periclitatur anime, affliguntur corpora, ubi omnia vanitas et afflictio spiritus. *Totus mundus* 2 Joan. 5:19 *in maligno positus est*, sicut dicit *beatus Johannes* apostolus in epistola. 20

Mundus est locus periculosus, quia est fornax viciorum, in qua mali succedentes eam septemplexiter, igne, videlicet septem principalium viciorum, cum caldeis comburuntur. Ubi peccatores excecantur et contenebrantur ; ut visa pericula nec visant nec formidant, sed tamquam frenetici et insani in suis periculis 25 exultant, et eos quos secum non vident involvi periculis, insen-

7. inhiebat. B. — hinniebat : F.      8. excogitat om. G. — et om. F. G. — nullus quomodo : F. — nullus om. B.      22. succedentis : B.      24. adeo excecantur. B. G. — a Deo excecantur. F.      24. nec vident F. — nec vitent. G. 26. ut et eos. B.

timor multos ad religionis ingressum inducit et multos iam introductos perseverare facit et retinet, ne redeant ad mundum. *Idem*, fol. 110<sup>vo</sup>.

14 Solus ergo Christus dulcescat etc. Cf. St. AUG. in *Psalm.* 30, sermo III, 8. P.L., t. II, p. 884, n° 13. Thème fréquent chez St. Augustin et St. Anselme (cf. P.L., t. 158, par ex. *Orat.* 2), P.L., t. 32, col. 1471 ; t. 40, col. 882, etc. Le *Manipulus florum* (mundus) donne : Cui Christus incipit dulcescere, necesse est amarescere mundum. Bernardus in sermone.

21-23 Mundus est locus — caldeis comburuntur. Source biblique latente. *Dan.* III, 14 et 48.

25 frenetici. Cf. BONAV., *Opera*, éd. Quarr., t. VIII, p. 48.

satos et insanos reputant. Ubi est malorum societas que maxime declinanda est homini desideranti suam salutem, exemplo Johannis baptiste qui postquam venit ad adultam etatem, magis elegit habitare inter feras quam inter homines. / Seneca : (f. X<sup>III</sup>)

5 *Quotiens inter homines fui, minus homo redii.* Unde dicit Alanus : *Ad mala facta malus socius socium trahit ; et sic fit malus et nequam qui fuit ante bonus.* Timendus est ergo iste mundus, quia sicut difficile est arborem iuxta communem viam stantem fructus suos usque ad maturitatem perducere, ita difficile est  
10 hominem iuxta modum huius seculi viventem innocentiam et puritatem usque ad finem vite servare. Unde dicit *quidam versificator* : *Mundus non mundat, sed mundus polluit.*— Ergo qui manet in mundo, quomodo mundus erit ?

Patet ergo mundum esse mare periculosum. O mare, mare  
15 quam salsum, quam amarum, quam turbatum, quam inquietum es ; salsum et amarum est hoc mare mundi quia dolorem et luctum, penis parit, parit et cruciatum ; turbatum est et inquietum quia mentem turbat, animam inquietat, et inclinat ex hoc de se emittens tot tempestates, quot prava desideria male  
20 nos inquietantia. O mare, mare de quo tanta procella, tantum periculum, tantus oritur interitus, quam miseri qui per te navigant, in te suas congregantes opes et carnis curam facientes in desideriiis. Hoc in mari rethia mittentes, piscantur Petrus et Andreas, id est carnales concupiscentiis carnis obedientes  
25 in hoc mundo, per abrupta viciorum fluctuant vacui virtutibus, donec a Ihesu vocentur, visitentur et illuminentur per suam gratiam.

Math. 4:18

Gracia Christi / nos visitans ab illicito revocat appetitu. (f. XV<sup>III</sup>)  
Ipsa est que iustificat impium et fit iustus, qui prius erat iniustus.

3. beati Johanni, F. G.    5. minor. F.    10. huius mundi. G.    12. merista : F.

11 SENECA, *Epist.* 7. *Imitatio* I, 20 ; 2. Pour cette citation cf. éd. Pohl, p. 515 : 26, 27, 35.

13 ALANUS, *Doctrinale altum parabolarum*. Ad mala facta — fuit ante bonus (cf. par ex. éd. Breda 1492 (Inc.), fol. 22<sup>vo</sup>).

14-18 Sicut difficile — vite servare ! CHRYSOST, *Hom. XXXIX in Matth.* XXI ; 19, cité par St. BONAVENTURE, éd. QUARR., t. VIII, p. 46.

Sicut populus Israel non potuit recedere ab Egypto, nisi divino liberatus auxilio, sic nemo corde avertitur ab hoc seculo nisi divine misericordie munere adiutus.

Similis est iste mundus illi deserto, per quod filii Israel transierunt ad terram promissionis, ubi tot pericula invenerunt, quod 5 de tanta multitudine que de Egypto exiens a viginti annis et supra desertum introivit, nemo mortis periculum evasit, nec ad terram num. 14:30 promissionis pervenit, nisi Iosue et Galeph.

Homines enim generationis istius similes sunt porcis, qui licet clament et grunniant cum unus subito securi percutitur; 10 cito tamen obliti periculum suum, ad stercore redeunt et lutum. Sic mundani homines quamvis in morte amicorum suorum compungantur, cito tamen obliviscuntur totius doloris et se involvunt immundiciis et vanitatibus seculi et peccatis.

O quantum nunc exultat diabolus; omnes in proclivo viciorum 15 sunt, nullus vel pauci admodum convertuntur, cuncta nobis superfluo expensa sunt, terrenis inhiamus, terrena sapimus. Deum et mandata eius contempnimus, terribilia iudicia Dei audientes non obstupescimus, sed veluti fabulas contempnimus, omnes illusores facti sumus. Neque verbum Dei per singulos 20 dies insonans nobis, neque ipse res nos emendant aut corripiunt. Omnia sine causa fiunt nobis, duricia nostra nichil mitigatur. Et quoniam / habundat iniquitas, refrigescit caritas multorum. (f. XI<sup>r</sup>12<sup>r</sup>)

*Nolite ergo, karissimi, diligere mundum, neque ea que in mundo sunt, que causam dant pereundi, sed contempnamus mundum 25 et non contempnamus salutem nostram et animam nostram. Iam advenit hora undecima, ita ut necesse habeamus clamare:*  
Luc. 24:29 *mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit* et inclinata est dies virtutum. Iam mundi terminus appropinquat, fugiens velut umbra. Desipiat ergo mundus, solus nobis sapiat Christus. 30 Longe adhuc animus a Deo est cui iste mundus dulcis est.

---

6. a viginti quattuor annis. F. 14. huius seculi. B. 17. sunt expensa inhiamus: B. 29 est iam dies. F. G.

---

9 similes porcis. Jean de Schoonhoven les avait sous les yeux. Cf. *Luc.* 15; 15-16; *Math.* 7; 6 et 8; 31.

8 Desipiat ergo mundus etc. Comp. avec St. ANSELME, *Orat.*, II, P.L., t. 158, col. 859a: Abs te enim sapere desipere est, te vero nosse est perfecte scire.

Sicut populus Iudeorum in terram promissionis duci non potuit, nisi prius ab Egypto recederet, sic nec quisquam celestis Ierusalem fit civis idoneus nisi primum huic seculo renunciaverit. Inicium salutis est renunciare mundo. Mundus clamat, ego deficio ; caro clamat, ego inficio ; diabolus clamat, ego decipio ; Christus dicit, ego reficio. Ad quem ergo ibimus ? Serviamus ergo Christo. Nichil est melius et utilius bona vita. Tale negocium non est differendum, sed omni festinatione adimplendum et exequendum.

10    SEXTUM QUOD RETRAHERE DEBET HOMINES AB AMORE HUIUS  
MUNDI.

Sextum nos sollicitans et impellens ad fugiendum de mundo est mutabilitas rerum temporalium.

Unde legitur *quemdam philosophum dixisse: Quando cogito*  
15 *de pace et quiete que est in corde puro et delectatione que est in intellectu Deum contemplante, de securitate et de spe que est in* (f. XI<sup>v</sup>12<sup>v</sup>)  
*corde Deum diligente, tunc iudico quod talibus intendere nichil aliud est quam deiformiter vivere, et cecus est qui aliis deditus est quia defectivum est omne quod creatum est. Inquietum est omne quod transitorium est, breve, mutabile et modicum omne quod temporale est. Homo enim natus de muliere*  
20 *brevi vivens tempore multis repletur miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et numquam in eodem statu permanet: nunc istud amans, nunc istud desiderans, nunc quod amabat*  
25 *fastidians, nunc aliud non desideratum concupiscens, nichil habet stabile, nichil firmum. Levis et inconstans est in omnibus, et quasi in quadam vertigine rapitur, dum in omnibus delectationem querit et ab unaquaque re fastidio repellitur ; dimissa*

---

4. Mundus clamat, ego decipio ; Christus dicit ego reficio : B. 15. in corde puro existente : B. 16. secularitate : F. 23. conteritur et fugit velud umbra et numquam : B. – egreditur et fugit velud umbra et numquam : G. – permanet et fugit velud umbra, nunc. F.

---

4 Mundus clamat etc. *Solil.* Pseudo AUG., P.L., t. 40, col. 874 : Mundus clamat, deficio ; et tu clamas, reficio. Le *Manipulus florum* (« Mundus ») a la version suivante : Mundus clamat, ego deficiam ; caro clamat, ego inficiam, diabolus clamat, ego desipiam ; Christus vero dicit, ego reficiam. Bernardus.

Eccl. I. 8 repetit ut in eisdem iterum voluptetur. In eo non oculus visu, nec auris auditu, nec mens saturatur cogitatu; fixum statim hic habere non possumus ubi transitorie vivimus, quia hoc ipsum vivere nostrum a vita transire est.

*Augustinus*: Quid est vita hominis nisi cursus ad mortem, et 5 quid est diu vivere nisi diu torqueri? Quia si quis ad senectutem processit, statim cor eius affligitur, caput concutitur, languet spiritus, fetet anhelitus, facies rugatur, caligant oculi, statura curvatur, tandem ad terram de qua sumptus est homo revertitur. In huius mortalitatis erumpna quot et quantis malis 10 habundat humana fragilitas, quis enumerare sufficiat, quis (f. XII<sup>r</sup>13<sup>r</sup>) sufficiat estimare? Si enim subtiliter pensetur omne quod hic agitur, pena et miseria est. Qualis ergo voluptas que iocunditas de mundo, ubi morbi continui et calumpnatores plurimi, frequentes insidie. Ubi pravi in continuo labore sunt, quia aut 15 moliuntur mala que inferant aut metuunt ne sibi ab aliis inferantur.

O amatores mundi, ad quid laboratis? Cur vosmetipsos affligitis circa nichil cum creatorem omnium possidere valeatis? Quid amplius queritis? Quid homini sufficit cui conditor ipse 20 non sufficit? Si enim omne bonum de levi habere valetis, cur nitimini plena miseriis possidere? Maior ne poterit esse spes vestra in mundo quam ut amici sitis mundi. Ibi quid non fragile, quid non caducum, quid non mutabile, plenumque periculis? Et per que pericula pervenitur ad maius periculum. Cuius enim 25 animus non moritur huic seculo in graviolem mortem morte corporis trahitur. Que ergo utilitas divitibus de divitiis congre-

---

5. Augustinus: om. F. G. 9. tandem om. F. — homo, om. G. 19. possidere possitis. G. 20. conditor > creator: B. 21. valeatis. F. G. 25. magis: B.

---

1 Eccl. I; 8. Cf. *Imitatio* I, 1; 5: Memento illius frequenter proverbii: quia non saciatur oculus visu, nec auris impletur auditu.

5 Quid est vita — ad mortem. St. AUG., XIII *de Civ. Dei*, X (Corpus Christ., XLVIII, p. 392).

6 quid est diu vivere etc. Cf. St. AUG., *Sermo* 84: 2, *de Vet. et Nov. Test.* 12-13 Si enim — miseria est. St. GRÉG., XII *Mor.*, XLIX, 66, P.L., t. 75, col. 983.

18-21 O amatores mundi — non sufficit. Cf. S. AUG., *Serm.* 19, n° 5 in fine.



gatis, quando hic totum quod congregatum est cum celeritate relinquitur, et aliquando ad inimicos pervenit hereditas, et illic dampnatio que numquam relinqui potest invenitur ?

*Ecce mundus, dicit beatus Gregorius, qui diligitur fugit.*

- 5 *Sancti florentem mundum mentis despectu calcaverunt, et ecce iam mundus in seipso aruit, et adhuc in cordibus nostris florescit. Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio, undique percuti |mur, (f. XII<sup>v</sup>13<sup>v</sup>) undique amaritudine replemur. Cum igitur mundus tot calamitates ingeminat, quid aliud quam ut non ametur clamat ?*
- 10 *Nos tamen ceca mente carnales concupiscencie eius amaritudines amamus. Fugientem sequimur, labenti inheremus, et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur quem cadente tenemus. Qui enim rei labenti innititur necesse est cum re labente labatur.*

- O amatores mundi miseri, quid hic invenistis quod ita vos
- 15 fascinavit, ita excecavit, sic infatuavit ut propter gloriam temporalem perdatis gloriam eternalem, qui solacia mundi preponitis gaudiis paradisi, qui propter edias carnis perditis delicias beatitudinis, qui preciosas animas vestras dampnatis omnibus pure corporalibus digniores ut lucremini res viles et
- 20 honores, qui propter momentaneum quod delectat incurritis eternum quod cruciat. Estimo certe quod hec sit causa quia lac terrene dulcedinis sic placitum et sapidum est vobis ut potius eligatis in eternum mori, quam ad tempus aliquid adversitatis vel laboris perpeti aut fatue confiditis vos posse simul duobus
- 25 dominis servire contrariis, scilicet carni et spiritui, et simul mundo placere et Deo gratum obsequium impendere vel confiditis sine medio de solaciis mundi evolare ad gaudia celi. Sed non sic impii, non sic. Omnes sancti mare huius mundi transierunt. *Difficile est, immo impossibile, ut beatus Iheronimus dicit, ut*

---

2. derelinquitur : B.      4. beatus om. F. G.      17. edias et delicias : B.  
28. huius seculi : G.

---

4-8 Gregorius. Ecce — replemur. St. GREG. in *Evang. Hom.* 28, P.L., t. 76, col. 1212d.

10-12 Nos tamen — cadente tenemus. idem. Le *Manipulus florum* cite le passage précédent et celui-ci, mais également sans la phrase : Cum igitur mundus — non ametur clamat.

29-2 Difficile est — appareat gloriosus. Cité dans *De inter. domo.*, P.L., t. 184, col. 535, 53.

*quis presentibus et futuris fruatur bonis, ut de deliciis ad delicias* (f. XIII<sup>r</sup>14<sup>r</sup>)  
*transeat, et in utroque seculo appareat gloriosus, scilicet hic et in futuro.*

Proh dolor, hodiernis temporibus multi similes sunt catto. *Cattus amat pisces sed non vult crura madere.* Sic multi cupiunt 5 convolare ad servitium Christi sed nolunt dimittere oblectamenta mundi. Vocat eos gratia Christi, sed revocat eos concupiscentia seculi.

Ps. 41:3 *O filii hominum, usquequo gravi corde, ut quid diligatis vanitatem et queritis mendacium? Nolite diligere mundum neque ea* 10  
*que in mundo sunt, quia turpiter in terreni boni voluptate delectatur cui summo bono inherere fruique concessum est.*

Quicumque ergo vult ad terram promissionis pervenire, id est gloriam superne patrie obtinere, necesse est ut per virgam  
 Hebr. 11:29 crucis transeat mare rubrum ab Egypto; intrans in desertum, 15  
 vitam deliciosam, tenebras peccatorum deserens assumat vitam laboriosam et moriatur cum Christo in cruce penitencie, ut sic in hora mortis mereatur audire illud dulce verbum quod dictum  
 Luc. 23:43 erat latroni coherenti Christo in cruce: *Amen dico tibi, hodie*  
 Joan. 14:3 *mecum eris in paradiso.* Transeamus ergo cum Christo ex hoc 20  
 mundo ad Patrem, ut ostenso nobis Patre, dicamus cum Philippo :

4. hodiernis diebus: B. — hodiernis diebus et temporibus: G. 5. Unde versus: Cattus: B. 6. evolare B. 14. virgam sanctae crucis. B.

5 Cattus etc. Ms. Bâle A XI, 67, fol. 236-283, n° 35 (Éd. J. WERNER, p. 9, n° 24). Cattus amat pisces, sed non vult tangere flumen. (*idem*, p. 91, n° 99) : Si quis amat pisces, debet sua crura madere.

Le *Fecunda Ratis* de EGBERT DE LIÈGE (1023), éd. par Ernst VOIGT, Halle 1889, p. 74, v. 336 et suiv.

Cattus amat pisces, sed non vult crura madere,  
 Isque adeo tumidus, si non vult carpere mures,  
 Nulla farina tamen quamvis aliud sit in urna.

Ce serait un proverbe qui résumerait une ancienne fable.

Jean de SCHOONHOVEN donne le même exemple, mais dans une forme différente; dans sa lettre à Nycholaus (fol. 114<sup>vo</sup>) : O quam multum hodie assimilantur muricipi qui amat pisces comedere sed non vult crura madescere. Sic multi affectant habere deum et vitam eternam sed nolunt ipsa pro acquirenda laborare. Unde dicit GREGORIUS : multi cupiunt avolare de miseria presentis exilii ad gaudia celi sed nolunt carere oblectamentis mundi. Vocat eos gratia christi sed revocat eos concupiscentia seculi.

L'auteur n'est donc certainement pas esclave de ses sources.

14 virgam crucis. Thème augustinien. Cf. l'article *Antenna crucis* dans

Ps. 105:48 sufficit nobis. *Benedictus Deus in eternum ; et dicet omnis populus :  
Fiat, fiat.*

SEPTIMUM QUOD MERITO COMPESCERE DEBET HOMINES AB  
AMORE HUIUS MUNDI.

5 Septimum et ultimum quod nos compescere debet ab a/more (f. XIII<sup>v</sup>14<sup>v</sup>  
mundialium rerum est occultum vulnus peccati quod bona mundi  
suis amatoribus infligunt. Sicut enim amor Dei est fons et origo  
omnium bonorum, sic amor mundi est fons et origo omnium  
viciozum. Terrenis enim adherere mors est anime. Hinc contingit  
10 quod, licet amatores huius seculi verba Dei audiant, non eis  
sapiunt, quia terrena eos delectant.

Clarum est quod qui terrenarum rerum amore superatur,  
in Deo nullatenus delectatur. Nullus autem diu absque delecta-  
tione potest permanere, et ergo illi qui non possunt gaudere  
15 spiritualibus delectationibus transferunt se ad corporales, et ita  
obruuntur multitudine peccatorum.

Unde dicit *beatus Augustinus* : *Beatus est, Domine, qui te  
amat ; qui autem te non amat, mundum amat, viciis servit ;  
numquam securus, numquam quietus, sed distractus et dispersus  
20 est per diversa, mundi curas et pompas inhianter appetens et  
carnis illecebras sectans. Difficile est autem ut inter voluptates  
seculi quis positus a viciis maneat illibatus ; proximus periculo  
diu tutus non eris. Quisquis ergo in voluptatibus seculi est, male  
est, quia que in transitoriis plus delectant, hec magis mortifera  
25 sunt. Quotquot autem voluptates seculi spernis, totidem et  
tam validos laqueos diaboli devitas.*

---

1. Benedictus Dominus. F. 1. dicat : F. G. — et hec de sexto : F.  
9. inherere : F. — inhiare : G. 10. amatores mundi verba : F.

---

*Zeitschrift für Kathol. Theologie*, Würzburg 1942, pp. 89-118. Cf. *Manipulus  
florum* (Mundus) : Habemus pro mari mundum, pro navi ecclesiam, pro velo  
poenitentiam, pro gubernaculo crucem, pro nauta Christum, pro vento Spiritum  
Sanctum. Chrysost. super nat.

11-14 qui terrena — potest permanere. *XVIII Mor.*, IX, 16.

17-18 St. AUG., *Confess.* IX; 14 : Beatus qui amat te et amicum in te et inimicum propter te. X, 29, 40 : Minus enim te amat qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.

21-23 Difficile est — tutus non eris, cité dans P.L., t. 184, col. 1211.

Felix est ergo illa anima que huiusmodi delectationibus oblectatur, ubi turpitudine nulla in/quinatur, sed veritatis serenitate (f. XIV<sup>r</sup>15<sup>r</sup>) purgatur; quem ita delectat lex Dei, ut omnes delectationes lascivie vincat. Sed quamdiu dulcis est iniquitas, amara est nobis veritas. Et cui dulcis est hic mundus, huic non sapit Christus. Gustato autem spiritu sancto, desipit omnis caro. Multiplici turpitudine peccatorum sordidatur quisquis huic mundo mente famulatur. Qui nichil de dulcedine Dei gustat, sordidari terrenis desideriis non evitat. Si enim hii a peccato liberi esse nequeunt, qui iam amore et desideriis in celestibus conversantur, que peccatorum pondera tolerant qui carnis sue voluptatibus dediti, omne quod voluptas suggerit implere contendunt, qui ventura supplicia conspiciere negligunt, nec contra peccata viriliter certant, sed totos se dederunt viciis quibus se obligatos sentiunt. Omnis mortalium lingua pene deficeret, ut que peccatorum amatores huius mundi faciunt intimaret. Quid est aliud eorum vita quam peccata? Seculi leticia est impunita nequicia scilicet luxuriari, epulari, ebrietate ingurgitari, turpitudine fetere, curam carnis in desideriis facere, et pro hiis nichil pati. Quod ergo peccatores voluptates estimant, hoc sancti viri penam putant. Sciunt enim quod idem spiritus in eternum interit, unde caro ad tempus suaviter vivit. Quanto enim in mundo fuerit maior gloria et leticia, tanto maior in inferno proportionatur pena, sicut dicitur in *apocalipsi*: *quantum se glorificaverunt in deliciis, tantum date eis de penis*. Magnum donum Dei est viciis et deliciis huius seculi abdicasse.

Ululate ergo vos, miseri dilectores mundi, qui corpus ante tempus destruitis et animam interficitis. Unde infirmitates et mors tam repentina nisi ex nimia ciborum copia, et frequenti mulierum usu? Deum deludere creditis, certe deluditis vos-

---

5. spiritu christi: G. 6. sancto om. F. 8. sordidari de rebus transitoriis non: G. 11. pondera > onera, F. 19. quod inde: B. F. G. 23. preparatur: F. G. 24. glorificavit et in deliciis fuit, tantum date ei de tormento et luctu: G.

---

5-6 cui dulcis est hic mundum etc. St. ANSELMUS, *Orat.* II (P.L., t. 158, col. 245 et 859a), cf. le 5<sup>e</sup> point.

8-9 Qui nichil — non evitat. Ps. AUG., *Solil.* cap. 22.

metipsos; pro corpore obliviscimini animam, et ecce corpus simul cum anima destruitis ante tempus. Et ideo gaudete, iocundamini et letamini in hoc brevissimo temporis spatio, quod habetis ut postmodum cum diabolo sine fine lugeatis. Epulemini  
 5 et inebriamini; non enim post mortem amplius facietis, sed cum divite qui cotidie epulabatur splendide in tormentis gehennalibus guttam aque nimium peroptabitis nec habere poteritis. Agite solacia vestra, mulieres ad explendas voluptates vestras  
 Gal. 6:8 in luxuriis sufficienter habeatis; *seminate in corruptione* ut  
 10 de corruptione colligatis divinam sententiam quam iustus ille iudex dabit in magno iudicii die dicens: *Ite maledicti, in ignem eternum*, etc.

Heu, cor lapideum, si cum talem tibi cogitas, ob huius mundi parva solacia imminere sententiam non formidas. Ve, ve miseris  
 Luc. 6:25 15 *qui hic ridetis, quia plangetis*, Ve, qui ista optatis gaudia temporalia, quia vobis invitis sustinebitis tormenta infernalina, Ecce modicum temporis vobis restat, implete men/suras deliciarum (f. XV<sup>r</sup>16<sup>r</sup>)  
 vestrarum, ut veniat super vos omnis divina indignatio.

Sed forte quis dicet: Benignus est Dominus et misericors  
 20 qui omnem peccatorem ad se venientem recipit et indulget. Verum quidem hoc esse confiteor. Benignior est enim Deus quam creditur, et unicuique parcit ad se ut condecet redeunti. Nonne benignissimus est Dominus qui tantas tolerat iniuras a peccatoribus, dans eis spacium temporis ut emendentur. Sed  
 25 hoc noveris quia sicut benignissimus est in tolerando, ita et iustissimus in puniendo. Quos enim diu ut convertantur tolerat, non conversos durius dampnat.

Sed forte quis iterum dicit quod vir qui toto tempore vite sue mala fecerit, in mortis articulo accepta penitentia a Deo  
 30 veniam obtinebit. Heu, quam vana suspicatio et falsa meditatio. Raro accidit ut in morte mereatur divinam obtinere indulgentiam, qui, dum sanus est validus Deum offendere non formidat. Hoc teneo, hoc verum puto quod ei non bonus est finis cui mala semper fuit vita, qui peccare non timuit, sed in mundi vanitatibus semper vixit. *Preciosa est in conspectu Domini mors sanc-*  
 Ps 115:15 35 *torum eius*, ait psalmista, *mors vero peccatorum pessima*. Que,  
 Ps. 33:22

16. tormenta > pena. F.    17. modicum tempus, F. – replete : B.    19. Dominus > Deus. F.    23. Dominus > Deus. G.    25. tolerando mala. F. G.

karissimi, est illa penitentia quam solam quis accipit, quia vivere se amplius non posse cernit, quam non acciperet si adhuc se sanari posse crederet? *Qui etiam si ex infirmitate convalesceret, peior quam prius fieret.* Hec *Iheronimus*.

Dimittamus ergo, karissimi/, caduca et momentanea, ut <sup>5</sup> (fXV<sup>v</sup>16<sup>v</sup>) habere valeamus eterna et perpetua. Omnis honor terrenus; non est nisi spuma, fumus et sompnus. Quid ergo in vanitatibus seculi petimus gloriam, solacia et cuncta nobis placita cum hic inveniri non possint. Vera quippe leticia mentis est creator. Dignum ergo est ut in seipso semper dolorem inveniatur qui, <sup>10</sup> derelicto creatore, in se et in creaturis gaudium querebat.

*Nolite ergo diligere mundum, neque ea que in mundo sunt,*  
 Jerem. 51:6 *sed fugite de medio Babilonis, exite de Ur Chaldeorum*; incendio  
 Is. 48:20 scilicet viciorum fugite et salvate animas vestros. Convolate  
 ad urbes refugii, ad loca videlicet religiosa, ubi possitis et de <sup>15</sup>  
 Jerem. 48:6 preteritis agere penitentiam, in presenti obtinere gratiam,  
 et fiducialiter futuram gloriam prestolari.

Quam nobis concedat Ihesus Christus Dominus noster qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia <sup>20</sup>  
 secula seculorum. Amen.

---

1. quam pro eo solam. F. . pro eo solum. G. 4. prius fuit fieret. F. G.  
 7. nisi spiritus, sompnus et fumus. F. 13. Ur om. G. 13. incenso: B.  
 15. videlicet > scilicet. 20. F. addit post Amen: ut sic est finis, sit laus et  
 gloria Trinis. Explicit hoc totum: pro penna da mihi potum.

## ANALYSE DOCTRINALE.

Dans notre manuscrit le traité porte le titre « Tractatus de contemptu huius mundi ». Mais dans la liste des manuscrits nous avons vu que le terme « de contemptu mundi » est remplacé dans certains cas par le terme « de fuga mundi ».

Alors, mépris ou fuite du monde ? Quelle idée doctrinale est exprimée par ces titres ? Le mépris du monde signifie la disposition de l'âme qui détermine le détachement et la fuite du monde. Le titre indiquerait alors l'accent qu'a voulu donner à ce traité ou épître le copiste. En effet, le plus souvent un écrit fut désigné au Moyen âge par l'incipit : « Nolite diligere mundum ». Le titre fut souvent ajouté par un copiste.

Or, il est intéressant de voir que le titre de « De contemptu mundi » se trouve le plus souvent dans les manuscrits de provenance windeshémienne, tandis que les manuscrits d'origine cartusienne portent la désignation « De fuga mundi ».

D'ailleurs, déjà dans l'introduction, Jean de Schoonhoven emploie les trois termes : mépris (contemnere), détachement (vincere) et fuite (fugere) dans une phrase qui résume admirablement le plan de son traité :

Unde sciendum est quod septem sunt in mundo que, si homo bene pependeret et attente consideraret, facile mundum contempneret, vinceret et fugeret, et ad serviendum Deo se conferret (fol. I<sup>vo</sup>).

Chacun pouvait donc mettre l'accent où il le voulait.

Le sujet-même du mépris de ce monde n'avait rien de nouveau dans la littérature ascétique. Depuis Cassien jusqu'à Érasme <sup>1</sup>, tous les auteurs spirituels, ont traité ce sujet classique en méditant la vanité du monde, ses dangers et ses séductions trompeuses, la mort, le péché, et l'enfer.

Jean de Schoonhoven n'y faisait pas exception. Déjà pendant l'enseignement préparatoire dans l'école latine il fut pénétré

1. M. R. BULTOT a consacré une série d'études à l'histoire de la doctrine du mépris du monde dont vient de paraître le tome IV, *Le XI<sup>e</sup> siècle*, vol. 1, *Pierre Damien*, Louvain-Paris 1963. Le titre et les sous-titres de l'ensemble de ces études sont très prometteurs : *Christianisme et valeurs humaines*. A. *La doctrine du mépris du monde, en Occident, de saint Ambroise à Innocent III*. B. *Le thème de la « dignité de l'homme » au Moyen Age et à la Renaissance*.

de l'idée de la vanité du monde par l'intermédiaire des œuvres des moralistes versifiés. Un des poèmes latins que les petits clercs devaient fréquemment mémoriser fut le « Chartula de contemptu mundi » que l'on retrouve souvent parmi les « Octo Morales ». C'est un résumé du grand poème « De contemptu mundi » attribué tantôt à St. Bernard, tantôt à St. Anselme ; mais qui est, d'après Dom Wilmart, de Bernard Marlacensis, ou Morlanensis.<sup>2</sup>

A partir du XIV<sup>e</sup> siècle cette version abrégée se rencontre sous le titre « Chartula de Contemptu mundi ad Rainaldum » dans des milliers de manuscrits, le plus souvent en compagnie des « Latini minores » c'est à dire : le « Cato glosatus », les « Rustica deflenti » (fables d'Avianus), le « Legeram glosatus » (un traité moral sur les Métamorphoses d'Ovide, probablement versifié par Petrus Bersuire vers 1362), et autres.<sup>3</sup>

Il y a certainement des affinités entre ce poème et le traité de Jean de Schoonhoven, mais on ne peut pas dire qu'il en soit une source immédiate.

Mais analysons ce traité pour en saisir toute la signification.

La forme du traité est celle de la logique. Dans un cadre symétrique, il donne sept raisons qui sont autant de critiques de la béatitude temporelle. Sept points qui doivent convaincre le lecteur que le choix entre le bonheur du monde et la béatitude du ciel est non seulement inéluctable, mais même facile ! La masse de citations qui soulignent et expriment ces sept raisons se groupe autour du thème central exprimé par le beau texte de St. Jean XX (I Jo. 2,15) : « Nolite diligere mundum, neque ea

2. Cf. H. C. HOSKIER, *De contemptu mundi by Bernard de Morval*, Londres 1929. DOM WILMART, *Grands poèmes inédits de Bernard le Clunisien*, dans *Revue bénédictine*, t. 45, 1933, p. 249-254. MAX MANITIUS : *Geschichte der Lateinischen Litteratur des Mittelalters*, t. III, 1931, pp. 780-783.

3. Cf. GABRIEL, *The Preparatory Teaching in the Parisian Colleges during the XIV Century*, dans *La Revue de l'Université d'Ottawa*, oct.-déc. 1951, pp. 449-483 et M<sup>lle</sup> E. PELLEGRIN, *La Bibliothèque du Collège de Hubant*, revue *Bibliothèque de l'École des Chartes*, 1947-48, p. 74 sq. et ses autres publications. Édition des « Octo Morales » avec le Chartula : Lyon, 1494-1538, cf. Catalogue de la Bibliothèque Nationale, et les Catalogues des Incunables de France — Patr. Lat. de Migne, t. 184, col. 1307 sq.

Édition d'après un manuscrit latin et allemand, ms. fin XIV<sup>e</sup> s. Landesbibliothek Kassel. Phil. n<sup>o</sup> 5, in 8<sup>o</sup> ; E. SCHRÖDER, *Ein Niederrheinischer « Contemptus Mundi » und seine Quelle*. Göttingen 1910.



que in mundo sunt.» Chaque point se termine par ce thème, suivi d'une exhortation et d'une conclusion bien frappée : ergo...

Dans l'introduction qui, malgré sa brièveté, contient le programme entier de son traité, Jean de Schoonhoven commence par un trait tout à fait original de son style : il personnifie la vie du monde, comme il personnifiera dans le cinquième point la mer <sup>4</sup> : « O vita mundi, non vita sed mors », Ô ! Vie de ce monde, vous n'êtes pas la Vie mais vous êtes la mort. Trait original de son style, parce que, tout en alignant les citations, il les utilise et les groupe d'une manière très personnelle. L'idée de « vita mundi non vita sed mors », il a pu la lire chez S. Grégoire : « Temporalis vita, aeternae vitae comparata, mors est potius dicenda quam vita » (Lib. Mor. PL. 6. 76. col. 1275B) ou chez St Augustin : « vita hominis omnis infelix et mors est potius appellanda quam vita » (Lettre 187,33) <sup>5</sup>. Ou encore chez St. Bernard : « Haec enim vita, qua vivimus, magis mors est.. » (In Ps. Qui habitat, P.L.,t.183, col. 250). Mais les Pères objectivaient ici la vie du monde, ou la vie de l'homme. Jean de Schoonhoven donne une forme plus poétique à cette idée en la personnifiant : « O vita plena laqueis.... O quam beatus qui agnoscit tuas fallacias... » <sup>6</sup>

4. Fol. X<sup>ro</sup> : « O mare, mare quam salsum... » etc.

5. Dans ce beau texte, saint Augustin parle de la renaissance du corps et de l'âme par le baptême ; en dehors de cette renaissance le corps est une ruine, la vie est une mort : « proinde in compaginem corporis Christi tamquam in vivam structuram templi Dei, quae est eius ecclesia, nati homines non ex operibus iustitiae, quae facturi sunt, sed renascendo per gratiam transferuntur tamquam de massa ruinae ad aedificia firmamentum. Praeter hoc enim aedificium, quod beatificandum construitur ad aeternam habitationem dei, vita hominis omnis infelix et mors est potius appellanda quam vita. » St. Aug., *Lettre 187* : 33 ; 19. P.L., t. 33, col. 845. *Corpus Script. Eccl.*, t. 57, p. 111 : 33 ; 19.

